Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Principio genitus phetõ
lõgo aere natus.

Condidit ĩmortalibus
domũ incorruptibilem.

Homerus.

Hesiodus.

Quale sit chaos

Maro, ppor vitan

Ouidius

Opinione phõr. idem
probat deum unũ esse

Thales.

nominat: quum adhuc nihil esset. primus ex infinito apparuerit & extu-
rit. Cuius originem atq; nativam quia concipere animo non poterat ex ae
re immenso natum esse dixit πρωτόγονος φαεσφόρος περὶ Μηλεως ἠερο-
φοῖτις. Aliud H. quod diceret: amplius non habebat: Hunc aut esse omnium deorum
parentem. quorum causa celum condident: liberisq; prospexerit: ut haberet
habitaculum. se denique communem

Natura igitur & ratione ducente. intellexit esse praestantissimam patrem
celi ac terrae conditricem. Non poterat. H. dicere iouem esse principem rerum:
qui erat saturno genitus. Neq; ipsum saturnum: q celo natus ferebatur. Ce-
lum aut tamq̃ deum primum constituere non audebat: quod enim uidebat
esse mundi: quod ipsum eguerit auctore. Haec tum ratio perduxit ad deum illum
primogenitum: cui assignat & tribuit principatum. Homerus nihil dare nob
potuit: quod pertineat ad veritatem: qui humana potius q diuina conscripsit.
Potuit Hesiodus: qui deorum generationem libri unius opere complexus est.
Sed tamen nihil dedit non a deo conditore sumens exordium: sed a chao: quod
est rudis inordinataeq; materiae confusa congeries: cum explanare ante de-
buerit chaos ipsum unde: qm: quo esse aut constare coepisset. Nimirum sicut
ab aliquo artifice disposita. ordinata effecta sunt omnia: sic ipsam materiam fa-
cere esse ab aliquo necesse est: Quis igitur hanc nisi deus fecit: cuius potestati subiacet
omnia: Sed refugit hoc ille: dum horret incognitam veritatem. Non H. mu
sarum instinctu sicut uideri uolebat in helicone carmen illud effudit. Sed
meditatus venerat ac paratus. Nostrorum primus Maro non longe fuit a ve
ritate: cuius de summo deo: quem mentem ac spiritum nominauit. haec uiba sunt:
Principio celum ac terras camposq; liquentes: Lucentemq; globum lunae
titania astra: Spiritus intus alit. totamq; infusa partes. Mens agitat molem
& magno se corpore miscet: At ne quis forte ignorat: qui nam esset ille spiritus
qui tantum haberet potestatis: declarauit alio loco dicens. Deum namq; ire per omnes
terrasq; tractusq; maris: caelumq; profundum. Hinc pecudes armenta uiros
genus omne ferarum. Quemq; sibi tenuis nascentem arcessere uitas: Ouidius
quoq; in principio preclari opis. sine ulla nostri dissimulatione a deo: quem fabri
catorem mundi: quem rerum opificem uocat: mundum instructum. Qui si
vel orpheus: uel hi nostri: quae natura ducente. senserunt: unipotentem dese
dissent: eandem: quam nos sequimur: doctrinam comprehensa veritate te
nuissent. Sed hactenus de poetis. Ad phos veniamus: quorum grauior es
auctoritas: certiusq; iudicium: Quia non rebus commentis: sed investigã
de veritate studuisse creduntur. Thales milesius: qui unus ex septem sapien
tum numero fuit: quique primus omnium quesisse de causis naturalibus